

do occultati. (2) Regni illius florentissimi devastatio incolis partim captis, partim caesis. (3) Delubrorum Idololatricorum, quorum apud *Aegyptios* non exigua copia, exustio. (4) Quod *Babylonius* amicturus terram *Aegypti*: Quæ phrasis *Metaphorica*, vel potius *enigmatica* exponitur à quibusdam interpretibus de *domini in Aegyptum consecutione*, quæ *J. Cris* hodiè eadem *Metaphorâ* dici solet, *Inveſtitura*; ab aliis verò de *spoliis*, quæ *Babylonii* deportaturi ex *Aegypto* in pace i. e. tutò, nemine eos perſequentem. Debet hæc consideratio nos meritò deterere à luxu in vestitu, de quo ex professo *Esa. 3. cap.* (5) *Statuarum Idololatricarum demolitio*, earum præsertim, quæ in *Bethſemes* i. e. in domo solis (à  $\Gamma\text{I}\text{B}$  &  $\Psi\text{D}\text{W}$ ) vel quo nomine Græcè eadem urbs appellata *Heliopolis*, *Sonnenstadt* *Jer. c. 19.* Ubi eadem clades è regno *Aegypti* denunciata dicitur *Irberis* à splendore Solis, eine Stadt der SonnenGlantz/der Sonnen Glantzstadt. Sic verò urbs ista *Aegypti* 56. milliaribus ab *Hierosolymis* distita dici consuevit, quod inibi templum extitit, in quo statua Solis divino cultu affecta, ad quam potissimum *Propheta* hîc respicere rectissimè censetur. Redeunt *L. C.* (1) de *propugnaculis*. (2) de *Idololatria* ejusque pœnis, de quibus *Abbi.*

Ἀξιωματικὰ.

1. τὰ λεξικά.

1. Conciones sacrae quid sunt? Vox Domini 2. Nomina urbium in *Aegypto*. Metaphora vel ænigma in verbo amiciendi.

2. τὰ γραμικά.

v. 2. observetur.

3. τὰ δημηγορικά.

Absolvitur unâ concione. Alias referri illad potest ad *Dom. X. Trinitat.*

## CAPUT XLIV.

*Continuatio.*

**I**N præcedente capite meminit *Propheta* profectiois reliquiarum populi in *Aegyptum*: In hoc jam subtextit concionem mox ab illâ profectioe in *Aegypto* habitam.

Es 3

Argu-